



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1655

§. 125. Priusquam gallus cantet ter me negabis. v. 75.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45515

In hac consternatione mentis quid fecit Petrus? lauit peccata lacrimis, omnibus diebus vitae suae pœnituit, & bonis operibus, exemplo virtutis, & prædicatione, & martyrio læsum Christi honorem restaurare studuit:

O si & ego sic plangerem peccata mea, heu nismis grauia & multa! Quis mihi der fontes lacrymarum? ut ea defleam noctes & dies, infidum cor meum & rebelle Deo meo. O quid feci! deflete me cœlum & terra lugere me omnis creatura, orate pro me omnes sancti & sanctæ Dei cura lugere non possitis, si forte recipiat me Deus, si forte præster misericordiam misero mihi peccatori, & recipiat me in gratiam, qua excidisse me sero, & sero nimis agnosco.

s. 125. *Priusquam gallus cantet ter me negabis.* v. 75.

Hæc verba ex eo tempore ita alte animo Petri in fixa fuerūt, ut quemadmodum ij, qui tympanipulsum continenter aliquot diebus audierunt, etiam cum pulsus eius desit, audire sibi nihilominus videantur, ita Petri auribus insonabat vox ista: *Priusquam gallus &c.* ideoque hæc animo eius paulum liberato ab aliarum rerum intenta cogitatione, occurrebat. Hæc ille corde premebat, hæc verba somnum ei frangebant, illa vigilarem flere cum suspirijs & singultibus faciebant, hæc intellectum, illa memoriam continuopungebant, non quidem cum desperationis & pusillanimitatis cruciatu, sed dolore permixto cum amore, verecundia, honestate, maxime post apparitionem Christi à morte resuscitati, ex quo tempore mirabilis in S. Petro pietas in Christum increvit, adeo ut is dicatur author esse eius Christianorum cæremoniæ; quod Galli Gallinacei icon in turribus sacrarum ædium collocetur, tanquam super pyramides & columnas Christianas.

O Si & mihi ob oculos quotidie versarentur peccata, quæ ab infantia usque huc perpetraui, & in memoria mea versaretur, uti S. Hieronymo, continuo terribilis illa vocatio: *Venite ad iudicium,* ut me præpararem tempore ad reddendam de ijs rationem, & nunc delere ea pœnitendo studerem, quam mihi bene foret in extremis, peto igitur ad hoc tam salutare opus tuum gratiam & benedictionem, ô Iesu.

126. s. *Et egressus foras.* v. 75.

Quia Petrus iam se indignum Christi aspectu ulteriore per recessum ex atrio Pontificis judicabat, & ideo ob pudorem sceleris sui oculos eius fugiebat, & alium locum iam quærebat solitarium & accommodatum ad plorandum, qui creditur fuisse spelunca quædam, eodem le contulit, me-